

Gummiband

an

an

M-s. 201
3.

295.

Contenta.

1. In epistola Pauli cap. XII - XVII
2. De justificatione (In. per spiritum)
3. De traditioen vicia
4. Clavis de homologia phonae
5. Rahmenkarte de syncretismo philosophiae et theologie revelatae
6. Lipp de non lenore atrocandis penitentis
7. Pratice de modo agendi cum iis qui fidem amant et patient.
8. De Baumgarten de forma proxi a Christo sumta.
9. Mutterenbecker in Vana loca V. T.
10. De Christo Thorphoro nostro
11. De pugnacione Ans. p. /m. (cf. n. 2)
12. W. A. Geller de defensio inspirationis divinae voluntatis si contra entusiasmon posse eticum.
13. De offensione diaboli cooptatus piorum denegata.

L. A. F. Maay
1795.

PRORECTOR ET SENATVS
ACADEMIE IVLIAE CIRCOLINAE
PROGRAMMA
DE
IVSTIFICATIONE CHRISTI
PER SPIRITVM
AD ILLVSTRANDVM LOCVM
I. TIM. III. 16.
IN ACADEMIA IVLIA CAROLINA
FESTO SPIRITVS SANCTI
A. R. S. CIO IO CCCLV
P. P.
HELMSTADII
LITTERIS SCHNORRIANIS.

100 INSTITUTIONES THEOLOGICAE

PER IUSTINIANUM PETRUM SPINELLI
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 1. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE

PER SPINELLIUM
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 2. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE
PER SPINELLIUM
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 3. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE
PER SPINELLIUM
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 4. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE

PER SPINELLIUM
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 5. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE

PER SPINELLIUM
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 6. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE

PER SPINELLIUM
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 7. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE

PER SPINELLIUM
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 8. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE

PER SPINELLIUM
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 9. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE

PER SPINELLIUM
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 10. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE

PER SPINELLIUM
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 11. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE

PER SPINELLIUM
PROPHETIAE ET APOCALYPSIS COMMENTARIOS
EXPOSITUS. D. GREGORIUS X. PAPÆ ET C. S. B. INCLITI
AD TERRAM S. MARIAE MAGDALENAE TULIT. NON ZD
TOMVS. 12. DE

INSTITUTIONES CHRISTIANAE



PRORECTOR ET SENATVS^{III}

ACADEMIAE IVLIAE CAROLINAE

S. P. D.

CIVIBVS.



uemadmodum doctrina de Iesu crucifixo multis erat offendiculo, ita et in ipsa sanctissima eius persona, moribus, et fatis multa esse videbantur offensionis plena. Is enim, qui obscurro et humili loco natus erat, homines infimae plebis, simplices, et indectos comites sibi asciuerat, extrema paupertate et inopia premebatur, et denique ut homo facinorosus ac maledictus in cruce periit, is, inquam, Filius Davidis, et gloriosus ille Iudeorum Rex compellari volebat, de quo tot magnifica extabant Prophetarum vaticinia. Quantum hoc vanis et mundana sapientibus Iudeis erat calumniandi argumentum! Audivimus nefanda nomina impotoris, blasphemii, praestigiatoris, et si quae alia sunt, quibus sanctissimum et innocentissimum Iesum impie diffamabant. Scilicet sic impleri oportebat vaticinium, quod

A 2

fū-

futurus esset scandalum, et signum, multorum contradictionibus expositum! Ne tamen sanioribus deessent causae satis evidentes, in hunc ipsum Iesum a mundo pertinaciter contemtum credendi, opus erat publica et solemnni declaratione, quod sub externo isto habitu servi, quem in salutem nostram sponte assumpserat, tota Divinitatis plenitudo lateret, atque sic DEus in carne manifestatus sit. Atque id haud dubie sibi voluit Apostolus, cum magnum illud pietatis mysterium depraedicaret: **D E U S , m a n i f e s t a t u s i n c a r n e , I V S T I F I C A T U S E S T P E R S P I R I T U M . i T i m . I I I . 1 6 .**

Quod quidem memorabile Divi Pauli de DEo incarnato testimonium cum iam diligentius excutere nobis animus sit, in primis, quatenus in hoc opere versetur Spiritus Sancti officium, primum monendi sunt Leuctores nostri, nos non disputaturos esse de genuina vocabuli δικαιού significatione. Plena sunt Theologorum scripta doctissimis elaborationibus, quibus et ex divinis et ex profanis auctoribus clare demonstrant, *forensem actum esse*, qui hac voce designetur. Et quamvis utramque Iudicis sententiam, absolucionem videlicet et condemnationem, significare posse videatur, ut SVIDAS in voce δικαιού observavit, δικαιού, inquiens, δύο δηλοῖ τὸ τε πολάρχειν καὶ τὸ δικαιού νομίζειν, in sacro tamen codice vix ullus reperiri poterit locus, ubi δικαιούσις, per aliquam Ironiae speciem, actum condemnationis significaret. (a) Itaque iustificatio proprie

(a) Nonnulli quidem huc pertinere putant Matth. XI. 19. *ναι δικαιούσις ἡ ποφίλα απὸ τῶν τέλων αὐτῆς*, ut B. AEGID. HUNNIUS ad h. l. Opp. Tom. III. p. 247. MART. CHEMNITIUS in Harm. Evang. Cap. LVI. Tom. I. p. 563. et multi alii. Sed si part. *ναι* intelligatur *adversative*, non querela, sed gravis praedictio hic reperitur, *σαπientiam uitirum contra omnes iſtas criminaciones iustificatum iri a suis filiis*, et tunc retineri potest usitata significatio.

prie est sententia iudicis, qua quis accusatus absolvitur et pro iusto declaratur. Et quoniam homo, gravissimorum peccatorum reus, absolvi haud potest, nisi illi aliena satisfactio imputetur, et peccata remittantur, neque pro iusto declarari, nisi alienae iustitiae particeps fiat, habemus perspicuum rationem, cur iustificatio hominis coram DEo et imputationem meriti Christi et remissionem peccatorum involvat. At enim vero haec non comprehenduntur in iustificatione Christi. Is enim hominum sanctissimus est, nec alieno indiget merito. Quare illius iustificatio est nuda et simplex declaratio pro iusto. Sicut autem in omni iustificatione attendendum est crimen, quod alicui imputatur, ut ab eo absolvi possit, ita huius quoque habenda erat ratio in iustificatione Christi. Accusatatur nempe, quod impie sibi raperet gloriam immortalis DEi, et quod se filium DEi ac Messiam esse, falso praedicaret. *Iustificandus* ergo erat publica et solemnis declaratione, hanc doctrinam utique verissimam esse, et Iesum, quem DEum blasphemare crederent, vere esse unigenitum DEi Filium, ac Redemptorem totius generis humani.

Docet autem Apostolus, hanc iustificationem factam esse PER SPIRITVM. Qui putant, divinam Christi naturam intelligi, sensum loci non exhaustire videntur. Quamvis enim DEus ille sit, qui Christum coram mundo iustificavit, et *πνεῦμα* de Christo usurpatum, cum opponitur *carni*, divinam eius naturam significare soleat, Rom. I. 4. I. Pet. III. 18. aliud tamen mysterium his verbis revelari credimus. Namque id satis constare poterat, DEum esse primam huius iustificationis causam. Et postquam docuerat Paulus, Christum non solum hominem, sed etiam verum DEum esse, non opus erat singulari declaratione, DEum in carne Christi habitantem eum iustificasse. Ac-

A 3 ce-

cedit, per Spiritum id ipsum indicari, ex quo intelligi potuerit, Christum non esse merum hominem, sed simul verum DEum, qui in eius carne corporaliter habitaret. Itaque de medio potius, quam de *causa efficiente* iustificationis sermo est, quamquam et rationem adesse oportet, cur nomen causae operantis medio operationis imponatur. Id sine dubio interpretes isti viderunt, qui *miracula* intelligi putant, quibus vera Divinitas Domini nostri Iesu Christi coram mundo fatis declarata est. (b) Non improbamus opinionem. Verum ad sola miracula restringendum esse Spiritum iustificantem, non arbitramur.

Est namque haec firma Scripturam interpretandi ratio, ut omnem significatum amplitudinem amplectamur, quam ferre potest praedicatorum natura. Quod si ad hunc locum applicemus, dicendum est, per *Spiratum* id omne intelligi, quo Christus unquam declaratus est pro Filio DEi et Messia Patribus promissio. (c) Itaque hoc pertinet

i. Doctrina eius. Haec multiplici respectu demonstrabat, Iesum esse Messiam. Primum enim Christus clarissime ostendebat, in se impleta esse omnia, quae praedita erant a Prophetis. Tunc vero et plena erant sapientia et sanctitate quaelibet eius dogmata, ut evidentissime appareret, qui ita doceret, esse non posse impostorem

(b) Ita sentiunt nonnulli Theologorum Anglicorum, quorum interpretationes exhibentur in RICH. KIDDERI *Deostrina Iesum esse Messiam*, Part. I. Cap. V. ad §. 30. p. 81. seqq. Eadem est sententia GROTI ad h. l. *spiritum*, inquit, *pro miraculis ponere metonymiam*. Et approbatur a multis nostris

(c) Conscientium hac in re inter alios B. TILEM, HESCHVSIVS et AEGID. HVNNIVS ad i Tim. III. 16. In primis autem conferri mereatur IAC. GOTHOFREDI *Exerc. II. de Eccl. et Incarn. Christi Tom. V. CRIT. ANGL.* p. 956 seq.

rem et seductorem populi. Accedebat mirabilis efficacia verbi, quae ad interiora cordis penetrabat, et qua se omnes, si malitiosos illos Spiritus calumniatores exceperis, efficaciter moveri sentiebant. Testes huius rei habemus Apostolos, qui, ut Christus paulo ante de verbo suo dixerat, in corde experiebantur, *verba eius esse spiritum et vitam.* Io. VI. 63. 68. Testes quoque sunt ministri Pontificum et Phariseorum, qui, audita voce Christi, non audebant, vim illi inferre. *Nunquam enim, inquietabant, ullus hominum ita locutus est, ut is loquitur.* Io. VII. 46. Atque id denique in confessio erat apud omnes. Obstupescabant enim audientes eum, quanta potestate doceret, et non ut Scribae et Pharisei. Matth. VII. 29. Marc. I. 22.

2. *Ad Spiritum hunc referenda sunt miracula*, quibus maxime demonstrabat, se esse Messiam et Filium DEi. Quamquam enim sola veritas, sapientia et efficacia doctrinae sufficere potuisset, ad convincendum Iudeos, huic tamen, ne ulla supereriset incredulitatis causa, addere voluit signa, eaque adeo evidenter, ut de divina virtute, quae illa efficeret, dubitari haud posset. Ad haec opera pertinaces ipse reiicit sanctissimus Redemptor noster, ut ex iis cognoscerent, et crederent, ipsum esse in Patre et Patrem in ipso. Io. X. 38. Obiectum namque illi erat, quod blasphemasset DEum, dicens, se esse filium DEi. Io. X. 33. Tota vis accusationis hoc argumento continebatur: Quicunque merus homo est, et se tamen filium DEi esse perhibet, ille blasphemat DEum. Atqui Christus etc. Ergo. Ad id ergo respondebat primum negando maiorem; In lege enim scriptum extare, ego vos DEos appellavi; Itaque sine crimine DEos appellari posse, ad quos sermo DEi habitus est; quidni ergo ille DEus appellari

VIII

lari posset, quem Pater consecrasset, et in mundum misseret, etiam si merus esset homo? Sed ne quis ex eo concluderet, se tantum DEum appellari velle, quatenus a DEo missus esset, et aeternum DEi consilium de nostra salute hominibus annunciat, (d) addit negationem minoris. Se enim non esse solum hominem, sed verissimum filium DEi, opera, quae ficeret, satisficeret, inquit. Atque ad haec eo magis provocare poterat, cum certum esset, opera ista humanis viribus maiora esse, nec artificiis diabolicis praestari potuisse. (e) Hinc et tantam vim in hominum animis exercebant, ut, qui non sponte caecutire volebant, ex iis divinitatem Christi agnoscerent. Io. III. 2. Ipse ille homo gentilis, qui nullo praeiudicio, nulla lucri spe rapi poterat in fidem, visis spectaculis et portentis, quae comitabantur mortem Christi, palam confessus est: Profecto, hic fuit filius DEi! Matth. XXVII. 54.

3. In primis autem *resurrectionem Christi a mortuis* Apostolus respexit videtur, cum Christum Spiritu iustificatum esse contenderet. Haec enim licet communi miraculo-

(d) SOCINIANI ex hoc loco probare solent, Christum filium DEi appellari, non quod ex essentia Patris genitus esset, sed quod ab eo sanctificatus et in mundum missus fuerit. Vid. IOANNES CREL-LIVS Lib. I. de Vno DEo Patre Sect. II. Cap. XXXI. p. 54. Sed siad argumentum attenderent, et ad modum, quo Christus illud confutavit, hoc loco causam suam non invari, facile intelligerent Christus enim impugnando maiorem, ut ostenderet quantum ab aequitate abessent hostes sui, ideo non concedit minorem. Alia potius sequitur oratio, qua et haec ratiocinii pars confutatur.

(e) Veteres Iudei Christum accusabant, quod praefigitor esset, sive signa artibus magicis ederet. Matth. XII. 24. Et hoc exemplum sequuntur recentiores, ex gr. R. ISAAC BEN ABRAHAM contra Nov. Test. n. 65. R. LUSITANVS in Coll. Mittell. fol. 31 Sed ut taceamus, doctrinam Christi ita comparatam non fuisse, ut regnum Satanae aliquod lucrum ex ea capere potuisset, ipsiusne fu-

iculorum genere continetur, singularis tamen divinitatis Christi erat demonstratio Rom. I. 4. Hinc etiam Iudei, si dem in Christum oppressuri, post mortem eius id unice sibi efficiendum esse persuasi erant; ne resurrectio Christi aliquando crederetur. Matth. XXVII. 62, seqq. Nam reliqua miracula, quantumvis multum valerent ad confirmandam doctrinam Christi, tantum tamen roboris non habitura esse praevidebant, quam si opinio unquam invaleceret, cum a mortuis resuscitatum esse.

Quod autem hoc loco in primis resurrectio Christi intelligatur, his argumentis probamus. Primum Apostolus veritatem assertam, *DEus iustificatus est in spiritu*, non tantum encymo mysterii pietatis ornat, sed etiam *sacerdotia regia* *decedens* *ris* *christianas* vocat. Novimus quidem, haec praedicata ad praecedens obiectum, nempe Ecclesiam DEi, a multis referri, quasi Apostolus dixisset: *Ecclesia est columna et firmamentum veritatis*. Est tamen nobis unum atque alterum argumentum, cur hanc opinionem approbare non possimus. Et licet haec omnia recitare ab instituto nostro alienum fore, (f) perutile tamen fore arbitramur, ut iis, quae ab aliis erudite disputata sunt, nonnihil addatur. In confessio est apud omnes, sermonem Pauli abruptum, et in eo nonnihil supplendum esse. Haec enim ad Timotheum transcribere volebat: *Vt scias, quomodo te*

B. apn.

dae impian hanc criminationem fatis confutauit. Nam cum odi, accusationis, et supplicii, ad quod eum trahi volebant, causas summo studio ubique conquirerent, de praestigiis altum erat silentium. Haec si ultra specie probari potuissent, iustissima mortis adfuisset causa secundum legem Deut. XIII. 5. iisque fragmentis carere potuissent, quae et ipsi Praetori Romano absurdita et parum apte inventa videbantur.

(f) Praeter ea, quae de hoc arguento in Systematibus disputantur, conferri potest erudita dissertatio S. V. SAL. DEYLINGII in *Obser. Sacr. Part. I. Obj.* LXV. p. 317. seqq.

Xambulare oporteat in domo DEi, quae est ecclesia DEi vivi, breviter tibi recitabo potiora doctrinae caelestis capita, Deus manifestatus est in carne etc. Verba, breviter tibi recitabo etc. omissa sunt, et illorum loco haec leguntur: σύνος καὶ ἐδεινωτὸς τὸν ἀνθρακόν, καὶ ἀμολυγημένος μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβίας μυστήριον. Manifestum est, ea; salva vocum constructione, tam ad praecedens obiectum, quod est domus DEi, quam ad sequentes veritates, Deus manifestatus est in carne etc. referri posse. Quaeritur ergo, quorsum pertineant? Nobis cum sequentibus coniungenda esse videntur, et primo quidem propterea, quia convenientius est, nonnulla doctrinae capita, quam Ecclesiam totius religionis et systematis fidei columnam et firmamentum dici.

(g) Nam Ecclesia, si consideres eam, non ut coetum visibilem, sed ut omnium credentium collectionem, doctrinae quidem firmitate ntitur, sed doctrina suam firmitatem non habet ab Ecclesia. E contra autem veritates fidei, perpetuo nexu cohaerentes, in quibusdam doctrinis fundamentalibus suam habent rationem, quibus labefactatis aut destructis totum corrueret veritatum corpus. Secundo si verba controversa ad praecedentia reiicerentur, sermo Pauli ita fueret: *Domus DEi est Ecclesia, est etiam columna et firmamentum veritatis. Itaque Ecclesia,* qua-

(g) Receptum est apud Iudeos, praincipia doctrinae capita dici fundamentalia fidei. Hormm tredecim statuit MOSES MAIMONIDES in Comment. ad Cap. XI. Tr. Talm. Sanhedrin ap. SVRENHUSEN Part. IV. p. 263. Sed refutatur a R. JOSEPH ALBO in Libro Ikkarim, tria tantum statuente fidei fundamenta, nempe exiſtere DEum, dari legem, expectanda esse praemia et poenas. Et in Orat. I. Cap. 3. inquit, errorem Maimonidis ex eo fluxisse, quod ignoraverit, quid propriè sit ḤP̄Y Ikkar. Hoc enim vocabulum refringendum esse putat, et propriè significare radicem seu fundamentum, cui tota lex innitatur, et sine quo subsistere nequeat. Conf. ANTONII HVLSIT Theologia Iudaica Part. I. p. 9. Et hunc longuen-

quatenus est *domus DEi*, columna et firmamentum veritatis diceretur. Huius praedicationis ratio foret similitudo demus et firmamenti. Sed quia domus nunquam est columna aut fundamentum, cui aliqua moles imponitur, ab omni probabilitate alienum est, hanc comparationem adhibitam esse ab Apostolo. (h) Sed quid tota ista disputatio ad praefens negotium facit? Multum profecto! Nam si iustificatio Christi per Spiritum ad columnas et firmamenta fidei referatur, ea in primis declaratio et demonstratio Divinitatis Christi et veritatis doctrinae eius intelligenda est, quae in Scriptura potissimum praedicatur ut fulcrum, basis, et principium certitudinis fidei nostrae. Atque hanc esse *resurrectionem Christi*, Paulus i. Cor. XV. 14. 15. 17. 18. docet, ubi repetitis vicibus afferit, fidem nostram, praedicationem Evangelii, et spem vitae aeternae vanam fore, nisi Christus a mortuis surrexisset.

Ad hoc argumentum accedit aliud, nempe immiedata connexio *apparitionis Christi resuscitati coram Apostolis* cum illa iustificatione per Spiritum. Ita enim verba sequentia intelligimus: ἀφθονίαγέλασις; neque id ideo, quia in morem, certe antiquissimum, Paulus quoque retinuit, ut ex Cor. III. 10. videre licet, ubi γελάσιον sine dubio idem significat quod σύντομον διηγεῖται.

(h) IAC. GOTHOFREDVS in *Exerc. iam citata de Ecclesia et Incarnatione Tom. V. CRIT. ANGL. p. 927. 928.* Ecclesiam ideo dici putat columnam veritatis, quia in Gentilium templis *colossi* vel *statues* imponebantur Deorum imagines. Sed attendere eum oportuisset, de Ecclesia sermonem esse, quatenus est *domus DEi*. Ut itaque ipsa gentilium templo dici haud poterunt columnae, nisi forte quatenus simulacra Deorum in columnis posita continerent, ita nec Ecclesia seu *domus DEi* dici potest columna veritatis, nisi quatenus doctrinam istam servaret, quae est fundamentum totius fidei. Et si haec comparatio placeret, columnae et firmamenti praedicatum tamen ad doctrinae capita pertineret.

nonnullis codicibus pro ἀγγέλοις legitur. ἀπόστολοι; sed quia graviora adsunt argumenta. Nam primo nihil magni erat, quod Angeli Christum viderent, eius nativitatem annunciant, et ipsi in deserto ministrarent, ut HIERONYMVS hunc locum interpretatur. Minime omnium apparet, qua ratione res ista columna et firmamentum fidei esse possit. Sed apparitio Christi, qua suam resurrectionem Apostolis testabatur, res erat magni momenti. Nam hac demonstratione quam maxime indigebant, ut Evangelium gentibus praedicare possent. Viso enim Christo resuscitato fides illorum adeo confirmabatur, ut nullis periculis, nullis afflictionibus publica huius resurrectionis confessione deterri potuerint. Et simplex hoc testimonium, in apparitionibus ipsis fundatum, plus efficiebat, quam infinitae demonstrationes aliae. Sic namque fiducia pleni argumentari poterant, ubique Evangelium praedicabatur: Nos vidimus Iesum tertia post mortem die; Ergo vere resurrexit a mortuis. Ista simplex praedicandi ratio cum audiretur a populo, obstupescet, et cum impossibile esset, ut Apostoli rem prorsus extraordinariam, quae tamen omnibus nota esse debuisset, nullo alio argumento, quam suo testimonio, firmassent, nisi evidenter vera fuisset, cui nemo contradicere possit, resurrectio Christi magno populorum assensu credebatur. Nec quemquam movere poterat, quod Christus Apostolis, et non Pharisaeis et Sacerdotibus apparuerit. Tantum enim beneficium, quale erat manifestatio Christi resuscitati, non hostibus obtrudendum, sed solis amicis exhibendum erat.(i) Praeterea huic visioni Angelis factae

Pau-

(i) Interim hanc obiectionem ex mente Iudeorum potissimum ursit TH. WOOLSTON Disc. VI. on the Miracles, ex instituto propterea refutatus a RICH. SCHMALBROCK Vind. of the Miracles, cuius e-

Paulus mox subiungit, ἐκηρύχθη ἔθνεσιν. Haec praedicatione ad Angelos, qui forte Christum viderant, nullam habet relationem, haber, vero ad Apostolos. Nam postquam his apparuerat, fieri haud potuit, quin veritatem istam solatio plenam deferrent ad gentes. Itaque Apostolus potiores Filii DEi apparitiones recenset, quarum commemoratione fides gentilium confirmari poterat. Iesus ille Nazarenus, inquit, est DEus in carne manifestatus, idque probat et resurrectio eius, et apparitio Apostolis facta, et praedicatio inter gentes, et fides, qua illud creditum est a mundo. Apparet autem simul, cur Apostoli hoc loco dicantur Angelii. Nam considerantur ut homines, quibus DEus usus est tanquam nuntiis et legatis suis, ad praedicandum omne consilium suum de nostra salute. Ideo Angelorum nomen, quod proprio offici, non naturae nomen est, hac occasione illis imponitur.

Certum itaque est, *Christum iustificatum esse in Spiritu*, quatenus doctrina, miraculis, et praesertim resurrectione sua demonstravit, se esse unigenitum DEi Filium, et Messiam a Prophetis toties promissum. Dicuntur autem res istae SPIRITU.S, quia a Spiritu proficiuntur, et illius virtute perficiuntur. Quod ut rectius intelligatur, probe tenendum est, opera ista dupli modo considerari posse, *primum* in se, et *secundo*, quatenus ad hominum illuminationem ac conversionem diriguntur. *Priori* respectu opera sunt totius Sanctissimae Trinitatis communia, *posteriori* autem Spiritui Sancto singulari prorsus modo tribuuntur. Evidem et hoc posteriori

Ruditam disputationem in germ. idioma transluit, et RICH. KIDERI Demogr. Iesum esse Messian Part. I. Cap. VIII. §.34. seqq.
inseruit S. V. FRID. EBERH. RAMBACH.

respectu non a solo Spiritu, sed simul etiam a Patre et Filio peraguntur. Deus enim Pater atque Filius non minus, quam spiritus sanctus homines regenerat et convertit. 1. Pet. I. 3. Ebr. XII. 2. Sed quemadmodum quaelibet Divinitatis persona suum studium, homines salvandi, singulari opere manifestare voluit, ita Spiritus Sanctus, quicquid ad applicationem meriti Christi, et ad internam hominum transmutationem pertinet, sibi appropriat. Quare etiam Scriptura, habita huius divini foederis ratione, Spiritui Sancto tribuit, quicquid unquam factum est in manifestationem, confirmationem, et applicationem doctrinae coelestis. Habemus huius rei exemplum satis evidens in ea disputatione Christi, qua Iudeos peccati in Sp. S. reos agit. Opus plane divinum peregerat in confirmationem doctrinae suae. Quod cum Diabolo tribuerent Iudei, Spiritum Sanctum blasphemasse dicebantur. Matth. XII. 31. Erat hoc opus divinae potentiae effectus. Et licet ea non minus in Christo esset, quam in Spiritu Sancto, tamen contra hunc, et non contra filium hominis, a Iudeis peccatum esse Christus docet. Nam opus hoc, quo veritas doctrinae Christi confirmari debebat, ut singulare opus Sp. S. considerabatur, quantum hoc operum genere suam gratiam in restauratione humani generis efficacem manifestare solet.

Ex his ergo observationibus discite, CIVES CHARISSIMI! in quonam versetur officium Sp. S. Duo nimis necesse sunt ad novam et spiritualem illam creationem, qua tanquam novae creaturae vitam spiritualem accipimus, et ad bona opera praeparamur. Primum enim divina providentia in mundo omnia sic disponi debent, ut mediae gratiae et salutis nobis applicari, et in nobis operari possint. Secundo ipsi motus sancti et spiritu

rituales per haec media in nobis excitandi sunt. Posteriorius operatur Spiritus Sanctus, dum verbo praedicato et ab intellectu apprehenso efficit rerum divinarum certam cognitionem, et voluntatem movet, ut eas apprehendat, in iis beneplacitum habeat, et acquiescat. Et de hac operatione Scriptum extat: *Nemo Iesum potest dicere Dominum, nisi per Spiritum Sanctum.* 1. Cor. XII. 3. Sed prius peragitur variis operibus providentiae divinae. Pertinet huc inter alia revelatio mysteriorum fidei, instruacio et vocatio ministrorum, ipsa verbi prae-dicatio et applicatio, quaelibet veritatis Religionis christiana et Divinitatis verbi demonstratio, collectio et conservatio Ecclesiae, in qua verbum audiri et Sacra menta ad-ministrari possunt, amplificatio Ecclesiae, reformatio sacrorum, et id genus alia. Olim pleraque eorum peragebantur providentia extraordinaria, et hinc miraculis, qualia erant inspiratio verbi, effusio Spiritus Sancti, miracula Christi et Apostolorum, etc. Sed postquam Divinitas Evangelii satis demonstrata, et Ecclesia non tantum plantata, sed etiam amplificata et corroborata erat, desit extraordinarius ille agendi modus, et hodie cuncta reguntur in Ecclesia ordinaria quidem, speciali tamen, imo specialissima DEi providentia. Quicquid autem illa ordinat ac disponit, pro singulari opere Spiritus Sancti, in nostram conversionem et sanctificationem tendente, haberi debet. Nam sicuti olim omnes Ecclesiae doctores Episcopi a Spiritu Sancto constituti dicebantur, Act. XX. 28. licet ab Apostolis aut Ecclesiis plerumque eligerentur, ita et nunc, quicquid ad ministerium verbi et administrationem Sacramentorum pertinet, Spiritus Sanctus efficere credendus est.

Hoc itaque beneficium, quod a mundo plerumque aut non agnosci, aut certe vilipendi solet, nunc Vobis,
Cives

Cives Optimi, pie meditandum proponimus. Festum hoc, ad cuius sanctam celebrationem Vos hortamur, Spiritui Sancto sacrum est, non tantum ut memoria effusionis donorum extraordinariorum, quibus Apostoli olim instructi sunt, renovetur, sed etiam ut omnem istam gratiam, qua ad spem vivam et similitudinem cum Deo renovamur, recte agnoscatis, magnificatis, et cavere Vobis discatis, ne tantum beneficium, nobis omnibus ex divina intentione conferendum, levitate, negligentia, aut impietate impediatur. Adeste igitur congregationibus Sanctorum grata et devota mente. Laudate Spiritum Sanctum pro tanta gratia, quae vocatione, illuminazione, regeneratione, et sanctificatione in Vobis omnibus, nisi restituri sitis, efficax erit. Audite vocem ministrorum eius, non ut humanam, sed, quemadmodum vere est, divinam. Invocate nomen eius, non tantum ut puram verbi doctrinam inter nos conservare perget, sed etiam ut ipsis salutares fructus, quales divinum hoc semen ferre potest, percipiatis. Quod si feceritis, non inutilis erit labor noster, quo vasa Spiritus Sancti praeparari cupitis, in Nominis divini gloriam, Ecclesiae aedificationem, Reipublicae salutem, et bonorum omnium solatum. P. P. in Academia Iulia Carolina, D. XVII. Mai.


A. R. S. clobccLV.

(L.S.)

AB: 153369



56



PRORECTOR ET SENATVS²
ACADEMIAE IULIAE CAROLINAE
PROGRAMMA
DE
IVSTIFICATIONE CHRISTI
PER SPIRITVM
AD ILLVSTRANDVM LOCVM
I. TIM. III. 16.
IN ACADEMIA IULIA CAROLINA
FESTO SPIRITVS SANCTI
A. R. S. CIO IO CCLV
P. P.
HELMSTADII
LITTERIS SCHNORRIANIS.